UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

pronunciare.l.quinquaginta.ff.de probatio. & c.ex li
teris.eod.tit.Præterea † ante, quam cauſa appellatio
20 nis deuoluatur ad iudicem ad quem in appellationi-
bus ab ĩterloquutoria ĩterpoſitis, qualis eſt iſta ad no.
per doctor.in d.l.ab exequutore.& in aliis locis pręal-
legatis & per moder. in c.cũ ceſſante.de appell.requi
ritur, ꝙ iudex à quo appellationi non deferat, ut in d.
c.cum appellationibus.ibique hr̃ per glo.& doct.& ad
cognoſcendum, an debeat deferre, uel non deferre,
cognoſcendum eſt, an appellatio ſit friuola, nec ne,
ut in dictis iuribus: ergo hoc, an appellatio ſit friuo-
la,nec ne,& an ſit illi deferendum,nec ne, impoſſibi
le eſt, ꝙ per iudicem ad quem cognoſcatur, cũ iuriſ-
dictio ad eũ nondũ ſit deuoluta: erit igitur hoc co-
gnoſcendum,& probandum corã iudice à quo,ut eſt
tex.clarus,& notabilis in d.c.Romana. §. ſin autẽ. Fa-
21 teor tamẽ, † ꝙ poſtquã erit corã iudice à quo cogni-
tũ,& probatum,an appellatio ſit friuola,nec ne,& an
illi ſit deferendum, necne, & iudex à quo appellatio-
ni tanquã non friuolæ detulerit, ex qua delatione iu-
riſdictio ad iudicẽ ad quẽ deuoluitur, cauſa in appel-
latione expreſſa, & propoſita erit corã iudice ad quẽ
probanda,& examinanda, an ſit uera,nec ne, ad effe-
ctum, ut ipſe pronunciet benè, uel malè appellatum,
& hoc modo intelligantur allegata ſupra uidelicet
tex.in d.c.ut debitus.de appella. & in c. non ſolũ eod.
22 tit.in 6. cum alijs. ¶ Qualiter † autem cognoſcatur,
& probetur, ꝙ appellatio ſit friuola,& ſic an illi ſit de
ferẽdum, colligitur in terminls noſtris ex ijs, quæ tra-
dit Alexan.in d.conſi. 95. & ex iis, quæ ſupra deduxi.
23 Præterea diligenter animaduertatur, † ꝙ ex nõ ad-
miſſione exceptionum ſimpliciter pars opponẽs ex-
ceptienes etiam fortè in ſe legitimas, non dicitur ita
grauari, ꝙ poſſit appellare,& ad effectũ,ut eius appel
latio dicitur legitima, & deuoluat, ſed requiritur, ꝙ
quis oppoſuerit exceptiones legitmas,& obtulerit ſe
uelle illas in continenti probare, tunc enim ſi iudex
non admittit, dicitur grauari, & appellare poteſt, &
talis appellatio dicitur legitima,& non friuola, illiq́;
eſt deferendum, alioquin ſecus, ut eſt tex.ibiq́; Abb.
Anto.& omnes in c. interpoſita. extra de appellat. &
ſecundum Ioan. Andr. ibi non ſufficit uerbalis obla-
tio, ſed requiritur realis, ut ꝙ quis exceptiones legiti-
mas oppoſuerit,& illas incontinenti probare ſe reali
ter obtulerit, puta ſecum habendo teſtes, uel inſtru-
menta, quæ iudici obtulerit: quod quidem in termi-
nis noſtris eſt bene notandum, qm̃ nec fuerunt op-
poſitæ exceptiones ante pronunciationẽ iudicis, nec
oblata fuit exceptionum probatio incontinenti reali
ter, nec uerbaliter, ergo ſequitur, ꝙ non potuit appel
24 lari, quia nullum fuit grauamen illatum, & † ubi non
eſt grauamen, nõ poteſt appellari, & ceſſat omnis ap-
pellatio, ut habetur per doctores in rubr. extra de ap-
pellatio.& ideò ſi fuit appellatum, non debet, nec de-
buit illi appellationi deferri. d. cap. interpoſita. cum
ibi not.per docto.ſed iudex ea non attenta potuit, &
debuit ad realem exequutionem procedere per præ-
dicta. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Pactum laudi ad arbitrium boni uiri nulla renuntiatione, nulliſq́; clauſulis, & cautelis ampliſſimis, aut remedijs etiam cum iuramento in compromiſſo appoſitis, & per compromittentes quoquo modo excogitatis tolli poteſt, data ex laudo læſione enormiſſima. Item nec ex ſtatuto, nu. 3. & 5.*

2 *Læſio grauis, & enormiſſima ſemper à quacunque diſpoſitione, & generalitate uerborum cenſetur excepta.*

4 *Arbitrium liberum à lege datum nunquam debet in præiudicium alterius trahi.*

5 *Statutum excludens reductionem laudi ad arbitrium boni uiri nõ excludit recurſum à laudo cui dolus uerus, uel præſũptus ieſſet.*

6 *Reductio laudi ad arbitrium boni uiri uſque ad quod tempus peti poſſit, & an poſt decem dies. & nu. 7.*

7 *Laudum, à quo infra decem dies non fuit reclamatum, dici poſt dictum tempus tacitè emologatum, quomodo procedat.*

L.cum antea. C.de arbit.declaratur.

8 *Statutum recipit intellectum, & declarationem à iure communi.*

9 *Reductio laudi ad arbitrium boni uiri eſt ſpecies appallationis, & illi ſimilis.*

10 *Metus iuſtus excuſſat à non appellando infra decem dies, ſi infra illos coram honeſtis perſonis proteſtatio facta fuit, & tunc quis etiam poſt decem dies iuſtè, ac legitimè appellat, & appellationem proſequitur.*

11 *Idem in eo, qui infra decem dies laudi contra ipſum lati reductionem ad arbitrium boni uiri petere deberet.*

12 *Litera cambij exequutionem paratam, & celerrimam habet, illiq́ue tria tantum hic poſita opponuntur.*

13 *Metu pœnæ euitadæ factum non ſpontè, ſed coactè factum dicitur.*

EPITOME.

Laudum propter enormiſſimam læſionem, nõ obſtante quacunque renunciatione, & clauſula ampliſſima, & iurata, nec non adiectione pęnę, & depoſitione literarum cambii pro obſeruantia laudi, poſſe peti reduci ad arbitrium boni uiri etiam poſt lapſum decẽ dierũ, ſtante proteſtatione ante decendiũ facta, & interim laudum non eſſe exequendũ, hic demõſtrat̃.

CONSILIVM XXXIII.

VISIS allegationibus doctiſſimi dñi Seba-
ſtiani Scarpii legum profeſſionis diſcipu-
li noſtri, uiſaque proteſtatione poſt laudũ
latũ ante lapſum decem dierum per Don
dinum facta, item pręſuppoſita enormi, immò enor-
miſſima lęſione ipſi Dondino ex dicto laudo contin
gente, necnon ꝙ pro obſeruantia laudi ferẽdi, & me
tu celeris, & ſummariæ, & quaſi ineuitabilis exequu-
tionis pœnę ab ipſis partibus fuerunt factæ duę literę
cambij de ſumma quingentorum aureorum, quę ad
hunc effectum penes unum ex arbitris fuerunt depo-
ſitę, concurro in ſententiam pręfati domini Sebaſtia
ni, ꝙ laudum non ſit exequendum, ſed ſuperſeden-
dum, donec fuerit ſuper reductione laudi ad arbitriũ
1 boni uiri cognitũ, & deciſum quia † data enormiſſi-
ma lęſione, quę dolo ex propoſito comparatur, ut in
l.ſi quis.cũ aliter per Alex. & alios poſt Bar. ff. de ver-
bo.obliga. & in authen. ſacramenta puberũ maximè
per Corn.in ſua repetit.C.ſi aduer.uendit. & per Ant.
in c.cum dilecti.de emp.& uendi. cum ſimilibus, nul
la renunciatio, nullę clauſulę in compromiſſo appoſi
tę etiam ampliſſimę, & ualdè pręgnãtes, & nullę cau
telę uerborum quorumcunque in compromiſſo ap-
poſitorum, nec quodcunque aliud remedium p̃ com
promittentes excogitatum, nec iuramentũ poſſunt
impedire, quin partes reductionem huiuſmodi pe-
2 tere poſſint, nã † à quacunque diſpoſitione, & gene-
ralitate uerborum ſemper cenſetur excepta grauis, &
enormiſſima lęſio propter dolum pręſumptum, ut
habetur in locis pręallegatis, & ideò non obſtantibus
clauſulis in ampliſſima forma appoſitis laudũ põt pe
ti reduci ad arbitrium boni uiri: ita uoluit Bal. quẽ do
cto.ibi ſequuntur, in l.cũ antea.C.de arbit. in 3. colũ.
cuius opinionem ut iuridicã ſequẽdã eſſe dicit Pau.
Caſt.in cõſ.71.incip.Primo, & ante oĩa in ult. col.An
to.de But.& Abb.in c.quintauallis.col.15.de iureiur.
& idem Anto.in conſi.24. incip. qõ hęc uulgaria du-
bia.Ange.in conſi.172.laudũ arbitratoris &c. & Pau.
de Caſt. in conſi. 74. quia fruſta dicit hanc eſſe com-
munem opinionem, &, ut inquit Bald.in l. ſi unus.§.
illud.ff.de pactis.aduocati ita practicãt, & in cõſ. ſuo.
329.incip.pręmitto &c.lib.3.dicit, ꝙ nõ obſtãte qua-
cunq; uerborum cautela, ſi ex laudo enormiſſima lę-
ſio,

ſio, prætendi poteſt, laudū pōt peti reduci ad arbitriū
boni uiri, & ita ſe habet communis opinio, & obſeruā
3 tia. Quinimmo † tunc nec per ſtatutum tolli poteſt,
ut uoluit ipſe Bal. in d.l. cū antea. nā ſtatutū prohibēs
reductionē laudi ad arbitrium boni uiri, uel de ea di-
ſponens ad præiudicium grauati, & læſi nunquam cō
prehendit caſum, quando ex actu, ſeu laudo ſequere-
tur læſio enormiſſima propter dolū, qui ineſſe cen-
ſetur, ſeu ſaltē lata culpa per text. in l. diem. proferre.
§. ſtari. ff. de arbit. iuncta l. non diſtinguemus. §. cū qui
dam. eod. tit. & l. 3. C. eod. & ideò ſecundum Bal. in d.
l. cū antea. col. 3. cōiter obſeruatur, ꝙ nō obſtāte qua-
cunque uerborum cautela, propter enormem lęſio-
nē reductio ad arbitriū boni uiri peti poſſit, quia non
eſt ueriſimile, ꝙ compromittentes ſenſerint, arbitra-
torē poſſe eos enormiter lædere, arg. l. cū aquiliana. ff.
de tranſactio. cum ſimilibus: uidētur enim partes hęc
uerba adiecisſe ſpe futuræ æquitatis arbitri: unde ſi ar
bitramentum eſt multum enorme, merito debet ad
æquitatē reduci, cum non debeant compromitten-
tes ſub fiducia compromiſſi, & arbitrorū decipi, hæc
ſunt uerba Bal. in d. l. cū antea. ꝑ bona iura ab ipſo al-
legata, qui ēt ſubdit, ꝙ ſi partes quando compromiſ-
ſum fecerunt, ſciuiſſent arbitratorem, ſeu arbitrū ita
enormiter uoluiſſe lædere, ſe illi non commiſiſſent,
argu. l. fin. §. item quæſijt. ff. de condic. indeb. nec de-
bent decipi cōpromittentes, qui melius de bono ui
ro, & amico p̄ſumpſerūt, arg. l. unū ex familia. in fi. ff.
de leg. 2. Simile eſt in libero arbitrio, quod datur à le-
4 ge, † quod in præiudicium alterius nūquam trahi de
bet. l. 1. & l. in fraudē. ff. de teſta. milit. l. impuberi filio.
ff. de admini. tut. & faciunt nota. in clem. ſæpe. de uer-
bo. ſignifi. Hæc omnia ponit Bal. in d. l. cum antea. &
Franciſ. de albergot. in ſuo conſi. incip. punctus talis,
5 quem refert Deci. in conſil. 39. in 3. colum. dicit, † ꝙ
ſtatutum excludens reductionē laudi ad arbitriū bo-
ni uiri non uidetur uoluiſſe excludere recurſum à lau
do, cui dolus uerus, uel præſumptus ineſſet, & ex enor
mi læſione dolus arguitur Barto. in l. fi. ff. de præto. ſti
pula. cū allegatis. per eundem. Bar. in l. ſi ſocietatē. §.
arbitrorum. ff. pro ſocio. & in ſtatuto hoc uolunt An
ge. in conſi. 172. Petr. de Ancha. in conſi. 208. in qōne.
co lum. penult. Roma. in conſi. 90. uiſo themate. Abb.
in conſi. 44. in præſenti quæſtione, & plures alios ad
propoſitū noſtrum allegat Dec. in d. conſi. 39. in ulti.
colum. affirmans hanc eſſe cōem opinionem, à qua
in conſulendo, & iudicando non eſt recedendum.
6 ¶ Et † prædicta reductio ad arbitriū boni uiri ab ini-
quitate laudi peti pōt uſque ad 30. annos, ut uolunt
docto. cōiter. Cyn. in d. l. ſocietatem. §. arbitrorum. in
addit. & ibi Bal. dicit, huiuſmodi petitionem eſſe per
petuam, & conſequēter per 30. annos duraturā iuxta
tex. cum ibi nota. Inſtit. de perpet. & tēpo. actio. Ant.
de But. in c. quintauallis. de iureiuran. Bal. in l. fi. in 8.
col. uerſi. quæro. uſque ad quod tempus. C. de contra
hen. emp. Ang. in conſi. 314. Ius petendi &c. Oldra. in
in conſil. 156. primum, de quo quæritur in fi. & Cal-
der. in conſi. 5. circa fin. in tit. de arbit. & hæc eſt com-
munis ſententia, ut atteſtatur Alex. in conſi. 95. uiſis
proceſſibus in ulti. col. in 2. uolumi. & ab hac opinio-
ne non eſt in iudicando recedendum, ut dicit Deci.
7 in d. conſi. 39. in ult. col. Nec obſtat † tex. in d. l. cū an-
tea. C. de arbitr. ubi niſi infra decem dies fuerit à lau-
do reclamatum, illud cenſetur tacitè emologatum,
ut ex eo agi poſſit, & hæc tacita emologatio tantum
operatur, quantum ſi expreſsè facta fuiſſet, ut ibi: nec
ſufficit, ꝙ quis infra decem dies contradixerit laudo,
ſeu profeſſus fuerit ſe nolle ſtare laudo ob illius læſio
nē, niſi hanc profeſſionē, ſeu proteſtationē arbitro,
uel aduerſario notificauerit, nec facta ſecretè, & clan
deſtinè ſufficeret, ut eſt tex. in d. l. cum antea. in uerſ.
ſin autem. & ibi Bal. & Sal. Quia reſponderi pōt. Pri-
mo, ꝙ quoad effectum, ut ex laudo non oriatur actio,
requiritur, ꝙ infra decem dies petitum fuerit laudū
reduci ad arbitrium boni uiri, alioquin cenſetur taci-
tè emologatum, & ex illo oritur actio, & exceptio, &
ita loquitur d. l. cum antea. ſed quoad effectū, ut poſ-
ſit peti laudum reduci ad arbitrium boni uiri, nō re-
quiritur, ut fiat infra decem dies, tum quia reductio
illa peti poteſt infra triginta annos, ut ſupra, tum quia
ſi eſſet facta emologatio infra decē dies, amplius nō
poſſet peti reductio ad arbitrium boni uiri, quæ peti-
tur ſolum, quando nō fuit facta emologatio, & infra
triginta annos, ut ſupra, ergo quoad effectum agendi
contra laudum tanquā iniquum petendo illud redu-
ci ad arbitrū boni uiri, & ſic remedio ordinario, nō
dicitur obeſſe curſus decem dierum, argumento. c.
collatione. de appell. in 6. ubi ſi ab actu extraiudiciali
non fuerit infra decem dies appellatū, quamuis am-
plius appellari non poſſit, tamen non tollitur, quin
illud infra ſua tempora, hoc eſt infra triginta annos
remedio ordinario agi poſſit. Secundo dico, ꝙ tem-
pus decem dierum, de quo in d. l. cum antea. ut per il-
lius lapſum laudum dicatur tacitè emologatum, effe-
ctum ſuum, de quo ibi, operatur, qn̄ compromiſſum
fuiſſet factum per ſimplex pactum nudum, nec eſſet
adiecta pœna per ſtipulationem, ſecus ſi compromiſ-
ſum fuiſſet uallatum ſtipulatione, & pœna eſſet adie-
cta, nam tunc doctor. omnes uolunt per illum textū,
qui hoc probat, ꝙ per lapſum decem dierum laudum
non dicatur emologatum, nam hoc in caſu ceſſat ra-
tio, quare per curſum decē dierum tacita inducatur
emologatio, cum abſq; emologatione tacita, uel ex-
preſſa actio ex laudo oriatur, quando factū fuit com-
promiſſum per ſtipulationē cum adiectione pœnæ,
prout factū fuit in caſu noſtro. Tertio poſito, ſed non
conceſſo, quòd regulariter poſt lapſum decem dierū
reductio ad arbitrium boni uiri peti nō poſſet, & ma-
ximè ſtante diſpoſitione ſtatuti poſiti ſub rub. de cau.
reductio ad arbitrium boni uiri, tamen hoc procede-
ret, quādo ex laudo ſimplex magna læſio inferretur,
ſecus, ſi enormiſſima, prout contigit in caſu noſtro,
nam tunc non ſolum infra decem dies, ueluti dicitur
cautum per ſtatutum, ac etiam per ius commune ſe-
cundum aliquos, ſed etiam infra annos triginta, ut ſu-
pra dictum fuit, & eſt communis ſententia, reductio
huiuſmodi peti poterit, quia ſemper ſtatutum ſimpli-
citer loquens, ſeu reſtringens, aut prohibēs reductio-
nem laudi ad arbitrium boni uiri, debet intelligi in
caſu, in quo per laudum læſio enormiſſima irrogata
8 non fuit, ut ex prædictis apparet. Præterea † ſtatutum
prædictum debet interpretationē recipere à iure cō-
muni. c. cum dilectus. de conſuetud. & per Alexand.
in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberan. cum
ſimilibus uulgaribus, hoc eſt, ut intelligatur, ſecun-
dum quod cautum eſt per d. l. cum antea. uidelicet ut
infra decem dies reductio peti, & laudo contrauen-
ri debeat, alioquin cenſeatur emologatum non ad ef-
fectum, ut laudum tranſeat in rem iudicatam, ſed ad
effectum, ut ex tali laudo actio oriri poſſit, ut ſupra
dixi, reſpōdēdo textui in d. l. cum antea. Poteſt & me-
9 lius reſponderi, quòd cum † petitio reductionis laudi
ad arbitrium boni uiri ſit quædam ſpecies appellatio-
nis, & illi ſimilis. l. nō diſtinguemus. §. cum quidā. ff.
de arbit. & præſupponunt docto. in d. l. cū antea. & in
l. 1. eod. tit. & ſcriben. in d. c. quintauallis. ſequitur, ꝙ
id, quod dicitur de appellatione, & in caſib. à iure nō
expreſſis, locum habebit ēt in hac petitione reductio-
nis ad arbitrium boni uiri argumēto. l. 1. §. ſi ſeruū. ff.
10 depoſiti. & l. 1. cū ibi no. ff. de arb. Sed † ubicūque ille,

contra quē ſententia lata fuit, timet palàm, & expreſ-
sè coram iudice appellare, uel ob metum ipſius iudi-
cis, uel ob metum pœnæ impoſitæ, uel ob aliam iuſtā
cauſam, tūc ſi infra decē dies fuerit coràm honeſtis p
ſonis proteſtatus, illi proteſtatio prodeſt, ut tēpus de-
cem dierū ei nō currat, quin illis elapſis poſſit iuſtè, &
legitimè appellare, & appellationem proſequi. c. fi. de
appellatio. l. fi. C. de his, qui prop. met. iud. l. 2. §. dies.
11 fi. quando appell. ſit & §. biduū. 2. q. 6. ergo † idem di-
cendum eſt, quādo infra decem dies quis deberet pe-
tere reductionem laudi ad arbitrium boni uiri, puta
uel ex forma ſtatuti, uel de iure communi ſecundum
opinionem illorum, qui ita & malè tenent, ꝙ ſi ille,
contra quē laudum fuit latum, timet uel ob pœnam,
uel ob aliam iuſtam cauſam infra decem dies palàm,
& manifeſtè coràm iudice reductionem petere, tunc
hic poterit infra decem dies coràm honeſtis perſo-
nis proteſtari, ut dicitur in ſimili in d. c. fi. & in dicta l.
12 fi. cum aliis. † Metus autem exequutionis literæ cam-
bii per Dondinum factæ deducatis quingentis eſt iu-
ſtus metus adeò, ꝙ ſi emologatio facta fuiſſet, dicere-
tur facta non ſpontè, ſed coactè ratione euitandi exe-
quutionem dictæ literæ cambii, quæ habet exequu-
tionem celerrimam, & paratam, & contra quam ni-
hil ferè poteſt opponi, niſi exceptio ſolutionis, uel p̄-
ſcriptionis, uel ꝙ non ſit manu illius, qui aſſeritur ſcri-
pſiſſe, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Alexand. in con
13 ſil. 63. in 1. colum. uolum. 3. Nam † quod fit metu pœ-
næ euitandæ, non dicitur fieri ſpōtè, ſed coactè, ad tra-
dita per gloſam. in c. audacter. 8. q. 1. Barto. in l. credi-
tor. ff. de ſolutio. Bald. in l. omnem. in fi. ad tertullian.
in l. fallus. ad finem. C. de furtis. & Aret. in l. ita ſtipula-
tus. la grande in uerbo quocunq;. ff. de uerborū obli-
gatio. ergo ſtante iuſto metu, propter quē Dondinus
reductionē infra decem dies nō petiit, licitum ei fuit
coràm honeſtis perſonis proteſtari ad effectum, ut p
lapſum decem dierum uia petendi reductionem ei
non præcludatur, ueluti etiam præfatus dominus Se-
baſtianus in ſuis allegationibus plenius demonſtra-
uit. Et hæc opinio iudicio meo eſt æquior, & ſanior
maximè in caſu, in quo ex laudo reſultaret enormiſ-
ſima, & maxima læſio, propter quam in multis, im-
mò ferè in omnibus à regulis iuris receditur, ut om-
nes atteſtantur, & ſupra tetigi. Hæc ad corroboratio-
nem eorum, quæ dictus dominus Sebaſtianus doctè
deduxit, breuiter dixiſſe uolui. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Proceſſus ad ulteriora, omiſſa pronunciatione ſuper exceptionibus emergentibus, & proceſſum concernentibus, quando ualeat, & quando non.*
2 *Iudex quando cum cauſæ cognitione proceſſiſſe, & de exceptione emergenti cognouiſſe præſumatur.*
3 *Iudex abſque pronunciatione expreſſa ſuper emergenti poteſt procedere ad ulteriora, & tunc tacitè ſuper emergenti uidetur pronunciare, quòd non obſtet.*
4 *Item diffinitiuè pronunciando dicitur ſuper incidenti pronunciare, & num. 8.*
5 *Super exceptione incompetentiæ, & iuriſdictionem elidente quando ſit expreſſè pronunciandum, & quando ſufficiat proceſſus ad ulteriora.*
6 *Super exceptionibus declinatoriis, & proceſſum cauſæ principalis impedientibus ſecundum ordinem cauſæ ad cauſam prius eſt procedendum, & pronunciandum, quàm ſuper negotio principali.*
7 *Sententia an, & quando ſimul, & ſemel, ac eodem tempore ſuper exceptionibus proceſſum impedientibus, & ſuper negotio principali ualidè ferri poſſit.*
Et quid ſuper incidenti. num. 8.
8 *Exceptio incidens, & exceptio emergens an differant quoad modum pronunciandi, & procedendi ſuper illis.*
9 *Super poſſeſſorio, & petitorio quando ſimul, & ſemel pronunciari poteſt.*
10 *A ſententia lata ſimul, & ſemel ſuper emergenti, & ſuper negotio principali, item ſuper poſſeſſorio, & petitorio quando poſſit appellari, & quando non.*

EPITOME.

Iudicem, omiſſa pronunciatione expreſſa ſuper exceptione emergenti proceſſum impediente, & iuriſdictionem elidente, poſſe poſt aliquod tempus, infra quod veriſimiliter de illa emergenti cognoſcere potuit, ſuper negotio, & cā principali pronunciare, item ſimul, & ſemel ſuper utroque, dummodo prius ſuper emergenti, & ſucceſſiuè ſuper principali, hic oſtenditur.

CONSILIVM XXXIIII.

CVm ſcirem cauſam coram uiro doctiſſimo
pendere, ſæpe renui uelle mineruā, ut dr̄,
īſtruere, ſed ut deſiderio, & petitioni ami
corum quorūdam ſatisfaciam, nō potui,
quin hæc pauca ſcriberem. Quamuis igitur doctores
1 multum dubitent, † an proceſſus ualeat, quādo iudex
omiſit pronunciare ſuper exceptionibus emergenti
bus, & proceſſum cōcernentibus, procedendo ad ul-
teriora, tamē ſuper hoc uera uidet̄ illa theorica, quā
ponit Bartol. in l. à procedente. C. de dilatio. & eſt de
mente Pauli de Caſtro in l. fin. in princip. ff. ſi certum
petat. & habetur per Angelum in conſil. 217. circa
3. colum. quòd aut iudex proceſſit ad ulteriora abſq;
cognitione cauſæ facta ſuper exceptione emergenti,
& tunc proceſſus eſt ipſo iure nullus, uel ſaltē annul-
landus, aut ad ulteriora proceſſit, habita ſuper emer-
genti cognitione cauſæ, & tūc proceſſus eſt ualidus,
& ſic procedendo iudex cenſetur tacitè pronunciaſ-
ſe exceptiones non fore admittendas, ut ibi per Bar-
tolum. Quam diſtinctionem, & doctrinam doctores
communiter ſequuntur, ueluti refert, & ſequitur Fe-
lin. in cap. ſuborta. in 3. & 4. colum. iunctis poſitis ibi
per eum in 1. limitatione de re iudica. & habetur per
2 doctores in cap. 1. de ordin. cognit. † Et tunc iudex p̄
ſumitur cum cauſæ cognitione proceſſiſſe, & de ex-
ceptione emergenti cognouiſſe, quando non pro-
ceſſit ad ulteriora in continenti poſt oppoſitā exce-
ptionem, ſed ex interuallo tāti temporis, infra quod
iudex ueriſimiliter de exceptione oppoſita cognoſce
re potuerit iuxta cap. cum ex literis. de reſtitutio. in
integrum, aliàs ſecus, ut habetur per Bartolum in l.
3 prolatam. C. de ſentent. Et † quòd iudex abſque eo,
quod expreſsè pronunciet ſuper emergenti, poſſit
procedere ad ulteriora, & ſic procedendo dicatur ta
citè pronunciare, exceptionem non obſtare, nec eſ-
ſe admittendam, probatur in d. cap. ſuborta. ibi intel-
ligitur reprobaſſe, & in cap. ex parte. il 2. ibique om-
4 nes ſcribentes de appellationi. Præterea † ſicut pro-
nunciando diffinitiuè iudex dicitur tacitè ſuper inci-
denti pronunciare. l. 2. C. de ordin. cognit. ita proce-
dendo ad ulteriora, nulla facta mētione de exceptio-
nibus emergentibus, cenſetur tacitè ſuper illis pro-
nunciare, ꝙ non obſtent, ut dicit Bartol. in d. l. à pro-
cedente, & traditur ab Alexand. in conſil. 37. in 5. co-
lum. uolum. 2. Et dicit Barto. in l. ait prætor. §. permit
titur. uerſicu. quid ſi iudex. ff. de minoribus, quòd iu-
dicium ualet, licet ſuper exceptione emergenti non
diſcuſſa non fuerit pronunciatum, ſed ultra proceſ-
ſum, & adde eundem Bartolum in l. ſi quærimus. in 1.
colum. ff. de teſtamentis. & Ioan. de Imol. in l. quidā
conſulebat colum. penult. ff. de re iudicata. Præte-
5 rea † quando iuriſdictio iudicis non eſt funditus nul-
la, ſed eſt per exceptionē elidibilis, ut cōtingit, quan-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN